

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80313-7*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

DODERLEIN, LUDWIG

TITLE:

LECTIONUM HORATIA-
NARUM HEPTAS

PLACE:

ERLANGAE

DATE:

[1830]

Master Negative #

91-80313-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

8711D
Z8 Döderlein, Ludwig, 1791-1863.
v.2 ..Lectio[n]um Horatianarum heptas. Erlangae,
typis Jungeanis, [1830]
12 p. 25 $\frac{1}{2}$ cm.

At head of title: Actus solemnes in Gymnasio
regio Erlangensi d. XXXI august. MDCCCXXX rite
habendos indicit D. Ludovicus Döderlein...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35 mm
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10-28-91 REDUCTION RATIO: 14
INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no. 4

ACTUS SOLEMNES
IN
**GYMNASIO REGIO
ERLANGENSI**

D. XXXI. AUGUST. MDCCCXXX.

RITE HABENDOS

INDICIT

D. LUDOVICUS DOEDERLEIN

PHILOL. ATQUE ELOQ. PROF. PUBL. ORD. ET SEMIN. PHILOL. DIRECTOR
GYMNASII RECTOR.

Inest lectionum Horatianarum heptas.

ERLANGAE,
TYPIS JUNGERANIS.

Lectio- num Horatianarum heptas.

Quum improvise mihi casu prorsus necopinanti accidisset, ut ipse collegae vice aegrotantis ad indicenda gymnasii nostri solemnia aliquid praefari deberem, Horatiana quaedam ex schedis meis excutere potissimum duxi. Utile id fore speravi saltem gymnasii nostri discipulis, quorum apud aures proximis mensibus ejusdem Horatii carmina exposueram, si, quid de cujusque loci difficultate sentirem, nunc paulo diligentius etiam, quam facere solemus viva voce docentes, et via quadam ac ratione explicarem. Simul jucundum fuit, illi decadi lectio- num Horatianarum, quam ante biennium Jo. Ad. Schaefero, viro venerabili et amicissimo, muneris saecularia gratulabundus inscripseram, quamque multa cum voluptate me conscripsisse memineram, addere alteram heptadem. Festinationem ut quam fieri posset minimam prae se ferret subitanea opella, pro virili parte curavi; nisi quod unum quoddam enarratoris officium, temporis angustiis ex- clusus, jure detrectare licuit, illud dico, ut ne omnes omnium interpretum com- mentarios religiose evolvere deberem, scrutaturus, quid quisque ante nostram operam de singulis locis docuisset. Quodsi forte inscius jam ab aliis reperta protulero tanquam mea ac nova, tum vero propulsata negligentiae, segnitiae, dissimulationis suspicione illam properandi negotii necessitatem excusaverim.

Lectio undecima.

Qui plurimum lucis Horatio attulit Graecorum locorum comparatione, Mit- scherlichius, idem Hor. Carm. I, 4, 7 sq.

dum graves Cyclo- pum

Vulcanus *ardens* urit officinas

in explicando dei epitheto non reminiscatur quendam nominis Homeri expli- cationem. Il. XVIII, 410.

ἢ καὶ ἀπ' ἀκροθέτιο πέλωρ αἴητον ἀέστη.

Mira commenta de hujus vocabui origine attulerunt scholiastae, multis illa verbis adornata, ne videlicet nimio plus viderentur inepta; iidem quod simplicissimum erat et explicatione vix egebat, breviter et tanquam in transitu ideoque nostro etiam saeculo neglectum commemoraverunt: οἱ δὲ παρὰ τὸ αἶδω, τὸ πυρῶδες. Hesych. T. I, pag. 151. Αἰητόν πνευστικόν ἢ πυρῶδες, ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου, coll. Etym. M. p. 30, 34. Αἰητόν ἐπὶ τοῦ Ἡφαίστου πνευστόν ἢ πυρῶδες. Apion. ap. Apollon. s. voc. ποιητόν (sic corrupte legitur), πνευστόν, πυρῶδες. Hinc id saltem satis elucet, tam vulgatam fuisse hanc illius nominis explicationem, ut ab Horatio exprimi potuerit. Eadem num probabilis ac vera sit, nunc, quoniam occasio fert, videndum est. Quodsi αἰητόν scribitur ὄξυτόνωσ, ut habent Hesychius aliique, praestat ea ratio, ut verbale verbi ἀημι esse ac recte per πνευστός explicari dicatur, non quia τὸ φουσάμενον μέγα, ut videtur Apollonio, sed eo sensu, quo idem Vulcanus ποιητόν audit H. I, 600 coll. Buttm. Lexil. T. I, p. 178. Sin autore Ascalonita προπαροξυτονεῖται, ita ab αἶδω debet derivari, ut ipsum participium αἶδων, illata vocali η, in speciem adjectivi verbalis transierit, proptereaque etiam ε in τ commutaverit; nam αἶδωνα quoque Hesychius per πυρῶδη explicat. Sed memorabilis alia Hesychii glossa T. I, p. 150. Αἰητόν πνευστικόν καὶ πυρῶδες: quae diversa, ni fallor, scriptura epitheti Homerici fuit, ac minime quidem spernenda, quando etiam αἰητών ut ἠιδέων *fervida* juvenia, et αἰζαόν, τῆς μέσης ἄρας *aestus* ab eodem αἶδω dictus est.

Lectio duodecima.

Abusum Bacchi subsequi dicitur Carm. I, 18, 15.
caecus amor sui

Et tollens *vacuum* plus nimio gloria verticem. Dubitant interpretes *vacuus vertex* dicatur pro *vano*, an de eo, cui nulla laurea aut aliud honoris insigne impositum sit. Neutri sententiae habeo quod vitio vertam. Sed cum optio datur duarum opinionum, tum tertiae quoque ut in re nondum peracta locus est. Mihi quid voluerit Horatius, contrarii vocabuli usu illustrari videtur, qui est apud Ovid. Pont. II, 7, 77.

Sustineas ut onus, nitendum *vertice pleno* est,

At flecti nervos si patiare, cadet.

Itaque per *vacuum* verticem intelligitur *otiosus* et qui nullodum labore veram gloriam meruerit. Tac. Agr. 37. *Britanni . . paucitatem nostrorum vacui* (scil. ab opere) *spernebant*.

Lectio decima tertia.

Nomen amicae inter pocula ex fratre Megillae seiscitatur Horatius Carm. I, 27. Quod postquam cognovit, auribus insurratum, vs. 17 respondet:

Ah miser!

Quanta *laborabas* Charybdi,

Digne puer meliore flamma!

in quibus verbis jure offendit tempus. „Quorsum enim *laborabas* tanquam de amore praeterito cum jamtum (scr. etiamtum) laboraret, cum hoc interrogaretur?“ Sic Bentlejus. Cui quid Mitscherlichius in Obs. critt. quandoque proditoris sit responsurus, adhuc latet; illud quidem non sufficit, quod in praesens scripsit: „Collectabaris atque etiamnum in ea versaris.“ Ego quidem si Bentleji conjectura sive lectio potius ed. Venet. a. 1590.

Quanta aboras in Charybdi

non sit praeferenda, unam viam video explicandi imperfecti: *laborabas* dictum est pro *laborare te dicebas*. Non raro enim duo verba compendioso quodam vel praegnanti loquendi genere ita in unum contrahuntur, ut ex altero et graviore radix, ex altero et quod cogitatione addere in promptu sit, terminatio relinquatur. Exempla hujus idiotismi dicam an licentiae quaedam dedi in Addit. ad Commentat. de vocab. βουγάτος in Niebuhrii Museo Rhenan. Vol. II, Fasc. 2. Tac. Ann. XVI, 16. *Neque aliam defensionem ab iis, quibus ista noscentur, exegerim, quam ne oderim tam segniter pereuntes*, id est: *ne odisse dicar* seu *videar*; ita enim non opus erit conjectura *oderint*, quae edūtoribus prope omnibus placuit. Ibid. III, 9. *Eaque res agitata rumoribus, ut in agmine atque itinere crebro se militibus ostentavisset*, pro: *ut se ostentavisse diceretur*. Add. Ter. Ad. III, 2, 52. IV, 1, 14. Hinc etiam Soph. Ant. 402.

αὐτὴ τὸν ἀνδρ' ἔδαπτε πάντ' ἐπίστασο.

defendendum esse contenderem ab Erfurdii emendatione πάντ' ἐπίστασαι, nisi nuper eam Codicis Laurentini autoritate confirmari compertum esset. Etiam

ille usus huc pertinet, quem Zumptius, quod sciam, primus plane illustravit Gr. Lat. §. 551, ut qui Cic. Off. I, 13. *Rediit, quod se oblitum nescio quid diceret*, commixtione quadam dici docuerit pro: *quod nescio quid oblitus esset, ut dicebat*; translata conjunctivi forma ad id verbum, quod cogitatur utique modo indicativo.

—————
Lectio decima quarta.

Cum nuper in scholis publicis ad enarrationem pervenissem versuum Carm. I, 35, 30 sqq.

Te Spes et albo rara Fides colit
Velata panno; nec comitem *abnegat*,
Ulcunque mutata potentum
Veste domos inimica linquis.

idem feci, quod probissimum quemque praeceptorem ante me fecisse par est, ut, postquam et difficultates loci conclamati exposuissem, et opiniones virorum doctorum commemorassem, postremo desperare me de probabili loci intellectu confiterer, et cum sagacissimis poetae interpretibus negligentem ipsius poetae socordiam incusarem, qui *Fortunae* numen ac *fortunae* notionem nescio quomodo commiscendo sensum obscuravisset. Vix finieram, quum unus ex audientibus: „Quid si legatur:

nec comitem *abnegas*,“.

Id remedium, sive forte fortuna inventum, sive quodam ingenii acumine excogitatum, utique *εργασιον* et statim judicavi, et quanto intentius ac saepius considerarem, tanto magis probare coepi. Nova quinetiam et alia vulgatae lectionis incommoda, quam quae plurimi interpretum notavissent, unius literulae illa mutatione tolli intelleximus. Quid enim? *Fortunae* in laudem et honorem hoc carmen compositum est; quorsum igitur pertinuit, post *Spei* ac *Fidei* tanquam *Fortunae* colentium mentionem aberrare ab illo argumento ad *Fidei* virtutes celebrandas? Fueritne, quaeso, etiam si verba *nec comitem abnegat* cum sequentibus sex versibus ad *Fidem* referenda sint, tamen id quod vult poeta simplex duntaxat et unum? Non fuerit, inquam. Neque enim illa, quae de cultrice *Fide* praedicantur, in laudem verti possunt patronae *Fortunae*. Accedit dubitatio ex ipso sermone Latino petita: *albo panno* de veste *candida* intelligunt;

„haud obscura figmenti hujus ratione,“ ut ait Mitscherlichius: nimirum *candor animi*, credo, qui sit *Fidei* proprius, illo figmento significatur. Probabile id sane primo obtutu; at enim *albus* usquam pro *candido* dici pernego. Vid. Synonym. Lat. T. III. p. 193. Nam ad Hor. Carm. I, 12, 26.

quorum simul *alba* nautis

Stella refulsit

perperam Mitscherlichius: „*alba*, lucida, clara.. *albus Lucifer* Ovid. Met. XV, 149.“ Apud Horatium *alba* non epitheton ornans est *stellae*, sed pars praedicati, h. s. quorum simul ac stella ita nautis refulsit, ut prosperam navigationem portendat. *Albus Lucifer* non eo, quo Mitscherlichius scribit, loco Ovidius dixit, sed Trist. III, 5, 56.

Hunc utinam nitido Solis praenuntius ortum

Adferat admissis *Lucifer albus equo!*

quod quomodo intelligendum sit, si non ex ipsis verbis intelligitur, at coll. Met. XV, 189.

cumque *albo* *Lucifer* exit

Clarus equo.

Quinam igitur est *Fidei* ille *albus pannus*? non innocentiae, inquam, indicium, sed felicitatis. *Albatos* enim Romanos festis laetisque diebus prodiisse, satis notum est; sed plus etiam huc facit, opinor, quod proprius hic aulae principum fuit color; sicut *Domitianus*, Suetonio autore cap. 12, *generum fratris inique tulit albatos et ipsum ministros habere*, ubi laudant Intt. Salmas. ad Lamprid. Sever. 67. Hunc morem si ad Augusti usque Horatiique tempora pertinere probabile est, per *fidem albo panno velatam* intelliguntur aulici, principumque amici vel ministri; quorum fides quoniam saepius quam medio-cribus in domibus est infida, *rara* sic velata dicitur *Fides*; id est *raro*, ut Sen. Med. 109.

Rara est in dominos *justa* licentia.

Postremo ut tota sententia plane perspicatur, unum restat, ut per *Fortunam* hoc carmine celebratam non illam *Τύχην* intelligamus, quae *cujuslibet sortem* moderetur, sed eam, quae ad *summam fortunam* sive ad *principatum* evehat; qui usus *Taciti* aetate adeo invaluit, ut *fortuna* saepe pro ipso *Caesarum imperio* usurparetur. Jam nunc sic procedere orationem liquet: Te, *Fortuna*, et spes colit, ne supremum quidem fastigium adeptos illa deserens, et fides amicorum, qui in summa principum familiaritate tamen eorundem dignitatem

majestatemque suspiciunt ac venerantur; sed eadem ita clemens ac mansueta es, ut, etiamsi ipsa potentium domos inimica linquas, tamen amicorum fidem ac solatium tam miseris ac profligatis non invidias; beneficii quinetiam instar habetur, quod tuo discessu amici discernuntur et agnoscuntur, quorum veri remanent te abeunte, falsi diffugiunt.

Lectio decima quinta.

Virtus dicitur Carm. II, 2, 24 sqq.
regnum et diadema tutum
Deferens uni propriamque laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.

Postremae enunciationis explicatio, a Sanadone illa, quod sciam, profecta et plerisque probata: „qui aurum ita intuetur, ut praeteriens oculos ad illos non retorqueat,“ sic demum tolerabilis est, si cum damno ipsius poetae licet explicare. Quem si recte dicturum fuisse apertum est *irretorto oculo praeterit* vel, ut metro apta substituamus vocabula, *linquit, spernit*, non minus apertum est, eodem sensu *spectat*, quod paene contrarium est illi *praeterit* vel *linquit*, dicere non potuisse, quin prava omnem sententiam obscuritate involveret. Quodsi porro Senecam Ep. 92. *Vadit audacter et contemtor omnium, nec ad pecuniam respicit*, aut expressisse ipsos Horatii versus, aut ejusdem sententiae simillimam imaginem animo concepisse certum est, item elucet, negari debuisse a poeta non *retorsionem* oculorum, sed ipsum *spectandi* actum. Idque ipsum, opinor, voluit poeta effecitque audaciori structura, dicens *irretorto oculo spectat* pro eo, quod mente conceperat: *non spectat retorto oculo*. Amplius hic est locus et veterum sermoni proprius, ut, quum compluria vocabula unam notionem efficere viderent, singulorum terminationes grammaticas promiscue et mira licentia inter se commutarent, tanquam parum referret rationes grammaticas diligenter definiri, dummodo verba sensibus satis responderent. Quis crederet vel Livium *violati jus hospitii* dixisse pro *violato jure hospitii*, nisi sexcentis poetarum exemplis talis enallages libertas comprobaretur? Sed ut similia comparem, *nullo deterior est*, num, si ad generalis syntaxeos praecepta metiaris, recte dicetur pro *non deterior ullo*? Atqui nihil

frequentius est. Ac prorsus novum, ut nostris auribus, illud esse debet, quod idem ille Livius XXII, 17. *Nox neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit* dixit pro: *Nox utrosque pugnam non incipientes ad lucem tenuit*. Idem IV, 29. *Nec libet credere, et licet, in variis opinionibus*. Videndum etiam, num Eur. Hippol. 863 Matth.

ἔμοι μὲν οὖν (vel ἄν)

ἀβίωτος βίου τύχα πρὸς τὸ κραθεῖν εἶη τυχεῖν.

negatio, quae in *a* privativo, ad verbum potius quam ad adjectivum referenda sit; alioquin enim frigebit sententia *). Simillimus etiam ille usus est, de quo post alios egit Hellerus ad Soph. Oed. Col. 792. p. 428, quum particulae *potius, magis, μάλλον* ad aliud nomen, quam oportebat, relatae cum hoc in comparativum coalescunt. Et facile quidem talia intelliguntur, quale est illud apud Liv. IV, 46. *Multi in ruina majore quam fuga oppressi*, pro: *Plures in ruina magna quam fuga oppressi*; sed multo majorem etiam ad audaciam ac potius abusum comparativi progressi sunt proximi saeculi scriptores. Quintil. Instit. X, 1, 77. *Plenior Aeschines et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est*, hoc est: *et grandi eo similior, quo minus strictus*. Tac. Hist. II, 31. *Paullinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere*, hoc est: *qua nemo militaris rei callidus major habebatur*. Eodem etiam Tac. Ann. VI, 35 videtur pertinere: *Quos super eques et a propioribus vulneribus pedites afflictabant*. Silent interpretes tanquam de verbis per se dilucidis, nisi quod quaedam editiones praepos. *a* omiserunt. Mihi sufficit notasse loci difficultatem; nam etsi auguror hoc voluisse Tacitum: *et ex propiore equites vulneribus afflictabant*, tamen tam obscurae cum structurae insimulare vereor.

*) Juvat sive joci causa, sive saeculi gratia, seu denique quia hac in parte grammatices nullus linguarum diversarum consensus haberi debet fortuitus, ejusdem licentiae comparare exemplum Sanscritanum, quod mihi, ejus doctrinae prorsus rudi, suggestit collega conjunctissimus idemque Sanscritani sermonis peritissimus, Frid. Rueckertus: In poemate, cui nomen est *Kirātār-juniyam*, lib. XI. Stroph. 41 Arjunus quum dicere vult: *wer vermöchte eine gleich vortreffliche Rede zu halten, der nicht wäre ein gleich geistreicher Redner?* sic potius loquitur: *der wäre ein ungleich geistreicher Redner, wo vaktā an-idrig-āsayah*, ut Scholiastam saltem legisse manifestum est. Ipsum enim in textum irrepsit lectio facillioris intellectus: *nedrig-āsayah* i. e. *na idrig-āsayah, nicht ein gleich geistreicher Redner*.

Lectio decima sexta.

Insatiabilem divitum cupidinem inculcat Horatius Carm. II, 18, 23, qui avare proximos revellant agri terminos et ultra limites clientium saliant:

Nulla certior tamen

Rapacis orci fine destinata

Aula divitem manet

Herum. Quid ultra tendis?

Non novi qui aliter vel distinguat vel exponat haec verba, quam sic, ut *aula* subjectum sit universae sententiae. Ac tamen languet *destinata* post *certior*. Sed vide, quanto aptior procedat oratio in hunc modum incisa:

Nulla certior tamen

Rapacis Orci fine. Destinata

Aula divitem manet

Herum; quid ultra tendis?

Ita quae adhuc una fuerat sententia, non modo in duas, sed eas diversas etiam ac paene contrarias dividitur, quarum priore praecedentia apte clauduntur. In infinitum avari sua extendunt; quibus tamen finem statuit Orcus, qua nulla certior. Nam *finis* etiam Horatio pro foeminino est Epod. 17, 36. Et haec quidem coercendae et castigandae divitum avaritiae dicta sunt; quae sequuntur contra, sublevandae et consolandae eorum anxietati, ideo laborantium, ne forte quandoque egeant. Mortis enim mentio ea est, quae et coercere possit cupidos et perfugio esse miseris. Omitto caetera quae Bentlejus de hoc loco exposuit, nisi quod idem argute: „Hic ubi Orcus non personam notat, sed locum, et de ejus fine, limite, spatio agitur, iners plane epitheton et plane otiosum videtur illud *rapax*.“ Propterea *capacis* idem praefendum duxit. Nunc autem, si me audis, *finis* Orci non sedem inferorum significat, sed cupiditatis humanae finitionem, quam Orcus affert, non minus ille rapax, quam ipsi isti avari.

Lectio decima septima.

De Satirae primae arte et consilio qui iniquius judicaverunt, tanquam frigidior esset et juvenem Horatium parumque tunc in eo genere poeseos ex-

ercitatum referret, corrigent, spero, suum ipsi iudicium, cum ea, quae nuper C. Kirchnerus, Fr. A. Wolfii nuper non imitator, sed concertator et, quantum erga praeceptorem pietas patitur, aemulus, de eo carmine p. 153 — 158 eleganter ac dilucide disseruit, satis accurate legerint ac perpenderit. Sed idem Kirchnerus ejusdem Satirae I, 1, 88 sqq. locum conclamatum:

At si cognatos, nullo natura labore

Quos tibi dat, retinere velis servareque amicos,

Infelix operam perdas; ut si quis asellum

In Campo doceat parentem currere frenis.

dum haec ironice dici existimat, non ita tractavit, ut mihi satisfaceret. Quem contra non possem fusius disputare, quin Wolfii etiam et Bentleji aliorumque sententias in examen vocarem. Quapropter satis nunc habeo, novam loci explicationem proponere, eamque, ni omnia me fallunt, adeo simplicem, ut nulla doctrina, nulla grammaticae audaciae excusatione, nulla denique demonstratione praeter paraphrasin quandam opus sit. Hoc enim dicit poeta: „*At*, inquis forsitan, *non mea, sed cognatorum gratia avarus sum; eos enim retinere volo amicos; qui vereor ne mihi succenseant, si suam haeredum spem frustrari ac mihi potissimum vivere videar*.“ Audio, inquam; at cognatos natura sine ullo tuo labore dat; ii si non et ipsi natura ac sua sponte et pietate et antequam beneficiis devinciantur, amici tibi sunt, crede mihi, ne illa quidem parcendi congerendique haeredii via eorum amorem comparabis. Non magis enim asellus, ferum illud natura animal, frenis parere et gyros in Campo variare discet, quam cognati, si semel feri natura et duris in suos animis sunt, beneficiis vel arte ulla consanguineos pie amare discent. Sed equi contra, generosa animalia, et cognati vere humani facile ac libentes, illi frenorum lenibus monitis, hi clementi naturae impulsui obtemperant.“

* * *

Quod reliquum est, VOS hujus urbis Procures, Viri illustrissimi, summe reverendi, quicumque denique vel bonarum literarum ingeniorumque culturae favetis, vel gnatos, necessarios, alumnos disciplinae nostrae commisistis, ut VESTRA frequentia solemnibus, quae supra indiximus, splendorem ac dignitatem addere ne dedignemini, observantissime optamus rogamusque.

Scripsi Erlangae XXV. August. MDCCCXXX.

I. Verzeichnifs der Lehrer.

- D. Johann Ludwig Christoph Wilhelm Döderlein**, Studienrector, Lyceal-Professor der Philologie und Geschichte.
- D. Johann Lorenz Friedrich Richter**, Professor der Obergymnasialklasse.
- D. Christoph Stephan Gottlieb Elsperger**, Rectorats-assessor, Professor der IIten und IIIten Gymnasialklasse und provisorischer Lehrer der Religion.
- Johann Albrecht Carl Schäfer**, Rectoratsassessor, Professor der IVten Gymnasialklasse.
- D. Carl Wilhelm Feuerbach**, Professor der Mathematik.
- Johann Adam Hartung**, Professor der Vten Gymnasialklasse.
- D. René Pierre Doignon**, Lehrer der französischen Sprache.
- Georg Friedrich Samuel Wilhelm Rücker**, Lehrer der Obervorbereitungsschule.
- Carl Heinrich August Burger**, Lehrer der Untervorbereitungsschule.
- D. Gottlieb Christoph Adolph Harlefs**, Lehrer der hebräischen Sprache.
- Universitätsmechanicus Carl Friedrich Küster**, Lehrer der Zeichenkunst.
- Stadteantor M. Jacob Friedrich Martius**, Singlehrer.
- Schullehrer Johann Conrad Sandner**, Schreiblehrer.

II. Schülerverzeichniß nach den Fortgangsplätzen.

A. Gymnasium.		Jahr
<i>Ite Gymnasialklasse.</i>		
1	C. J. Toussaint, aus Feuchtwang	19
2	F. C. Gechter, aus Erlangen	18½
3	F. C. A. F. J. Esper, aus Erlangen	19
4	A. M. F. Richter, aus Erlangen	18½
5	J. St. Frischmann, aus Erlangen	17½
6	G. A. W. Bankwitz, aus Eschenau	20½
7	J. Streicher, aus Neustadt a. d. A.	18½
8	L. W. M. Maier, aus Erlangen	19½
9	E. Rath, aus Creussen	18½
10	G. C. Dippold, aus Rappoldshofen	20½
11	A. G. A. Sommer, aus Erlangen	19½
12	J. P. Schwarz, aus Emskirchen	20½
13	J. G. V. Schaitberger, aus Neustadt a. d. A.	17½
	F. L. Graf von Rechteren - Limpurg aus Mkt. Einersheim	19½
<i>IIte Gymnasialklasse.</i>		
1	H. G. R. von Raumer, aus Breslau (K. Preußen)	15½
2	F. W. Hagen, aus Dottenheim	16½
3	J. W. J. Krafft, aus Cleve (K. Preußen)	15
4	E. Stockmeyer, aus Basel (Schweiz)	16
5	G. A. von der Pfordten, aus Ried	15½
6a	H. F. S. Killinger, aus Erlangen	16½
6b	P. Röppel, aus Waldmünchen	15½
8	G. F. C. Layriz, aus Nemmersdorf	18
9	J. G. Schorr, aus Erlangen	18
10	F. A. von Schütz, aus Nürnberg	17½
11	J. A. F. Hertling, aus Erlangen	15½
12	J. A. Hummel, aus Neustadt a. d. A.	16½
	J. J. Sohn, aus Windsheim	19
	F. F. H. Sommer, aus Erlangen	17½
<i>IIIte Gymnasialklasse.</i>		
1	J. A. Letsch, aus Frankenberg	17
2	J. G. Rohmann, aus Weissendorf	16½
3	C. L. C. Doignon, aus Erlangen	17
4	J. K. F. Preis, aus Affalterthal	17
5	F. C. Schmidt, aus Obersteinbach	17½
6	J. M. R. Löffler, aus Erlangen	16
7	E. Graf v. Bylandt, aus Cöln (K. Preußen)	17½
8	B. Ertheiler, aus Lenkersheim	16
<i>IVte Gymnasialklasse.</i>		
1	G. F. W. Sartorius, aus Erlangen	15½
2	G. M. I. W. S. Pfaff, aus Würzburg	12
3	J. H. Gräber, aus Düssel (K. Preußen)	16½
4	J. G. C. Handschuch, aus Erlangen	18½
5	J. F. Rösch, aus Kurzenaurach	16
6	O. Freiherr v. Zoller, aus Regensburg	14½
7	J. G. Fleischmann, aus Erlangen	16½
8	S. F. E. O. Beckh, aus Schwabach	15½
9	S. F. Freiherr v. Tröltzsch, aus Dinkelsbühl	15½
10	A. Aecker, aus Baiersdorf	16½
11	C. T. W. F. L. J. C. v. Lips, aus Frauen- aurach	14
12	F. A. Schaleh, aus Schaffhausen (Schweiz)	16½
	J. Lehmaier, aus Baiersdorf	15

<i>Vte Gymnasialklasse.</i>		Jahr	<i>IIte Abtheilung.</i>		Jahr
1	F. C. Wiesinger, aus Tambach	12½	1	J. C. Gebhardt, aus Erlangen	12
2	F. W. von der Pfordten, aus Burgebrach	12½	2	A. F. von der Goltz, aus Coblenz (K. Preußen)	11½
3	J. M. W. Deppert, aus Erlangen	14½	3	C. A. Mengin, aus Erlangen	13½
4	J. H. Schmidt, aus Thuisbrunn	15½	4	J. F. A. Hoffmann, aus Baiersdorf	13½
5	G. C. G. Killinger, aus Erlangen	12½	5	W. Z. F. Weißmann, aus Münchaurach	13½
6	C. J. A. Küttlinger, aus Erlangen	13½	6	J. F. Steinbach, aus Erlangen	13½
7	J. K. Weber, aus Frauenaaurach	15	7	H. A. Bucher, aus Erlangen	10½
8	J. D. Klemm, aus Erlangen	14½	8	A. A. E. Henke, aus Erlangen	11½
9	J. G. E. Fleischmann, aus Erlangen	13½	9	C. F. C. Freiherr v. Geuder, aus He- roldsberg	14½
10	J. H. A. Ebrard, aus Erlangen	12½	10	B. H. C. Schmidt, aus Erlangen	12
11	A. J. Frey, aus Bruck	16½	11	W. L. Eisen, aus Cadolzburg	11½
12	C. G. Krafft, aus Erlangen	12½		C. E. Lösch, aus Rasch	10½
13	J. A. Doignon, aus Erlangen	14	<i>Untervorbereitungsschule.</i>		
14	J. Behr, aus Buttenheim	16½	<i>Ite Abtheilung.</i>		
	J. G. B. Roth, aus Windsheim	16½	1	W. P. Ph. Doignon, aus Erlangen	10½
<i>B. Vorbereitungsschulen.</i>			2	F. F. M. Eckert, aus Frauenaaurach	11½
<i>Obervorbereitungsschule.</i>			3	A. G. Schamberger, aus Erlangen	11½
<i>Ite Abtheilung.</i>			4	W. A. Th. Vocke, aus Ansbach	10½
1	J. W. Schorr, aus Erlangen	14	5	J. L. J. A. Plochmann, aus Erlangen	10½
2	J. A. H. Döderlein, aus Erlangen	12	6	E. Ch. W. Enke, aus Erlangen	11
3	G. F. W. A. Bertholdt, aus Erlangen	11½	7	J. G. F. Brendel, aus Erlangen	10½
4	A. G. A. M. A. J. v. Pattberg, aus Behringersdorf	14½	8	H. L. Zwicky, aus Bilten (Schweiz)	10½
5	C. C. F. Dill, aus Erlangen	14½	9	J. Gumbmann, aus Erlangen	9½
6	J. G. Friedrich, aus Erlangen	12½	10	J. S. Döderlein, aus Erlangen	10½
7	C. Bucher, aus Halle (K. Preußen)	12½	11	C. S. F. J. Freiherr v. Geuder, aus Heroldsberg	12½
8	C. A. Deitmeyer, aus München	13½	12	J. H. L. Oelschlägel, aus Erlangen	10½
			13	P. C. H. Graf von Bylandt, aus Cöln (K. Preußen)	12½

	Jahr		Jahr
14 J. C. Körber, aus Erlangen	10 $\frac{3}{4}$	6 C. P. Toussaint, aus Erlangen	9 $\frac{1}{4}$
15 J. Ryhiner, aus Basel (Schweiz)	12 $\frac{3}{4}$	7 P. F. Schmidt III., aus Erlangen	9 $\frac{3}{4}$
16 B. Gläser, aus Erlangen	10	8 H. M. J. Schunck, aus Erlangen	8 $\frac{1}{2}$
A. Lehmaier, aus Baiersdorf	12 $\frac{3}{4}$	9 J. C. v. Lövenich, aus Erlangen	10 $\frac{3}{4}$
		10 C. C. J. A. Pfaff, aus Erlangen	7 $\frac{3}{4}$
		11 C. C. F. Gast, aus Erlangen	9 $\frac{3}{4}$
		12 G. F. M. Ulmer, aus Treuchtlingen	8 $\frac{3}{4}$
1 J. H. W. Schmidt I., aus Erlangen	10 $\frac{3}{4}$	13 C. G. Killinger, aus Erlangen	8 $\frac{3}{4}$
2 J. F. Gläser, aus Erlangen	8 $\frac{1}{2}$	14 J. A. Schmidt II., aus Erlangen	10 $\frac{3}{4}$
3 J. C. Wöhrnitz, aus Erlangen	10	15 J. C. W. Weidinger, aus Erlangen	9 $\frac{3}{4}$
4 Th. J. A. Ried, aus Erlangen	9 $\frac{3}{4}$	16 J. J. Deitmeyer, aus Aufenau	9 $\frac{1}{2}$
5 G. C. Arnold, aus Erlangen	8 $\frac{3}{4}$	17 J. J. F. Plochmann, aus Erlangen	9

IIte Abtheilung.



no. 5

From Director to Professor [unclear]
[unclear]

